

PRINCIPIORUM
PHILOSOPHIÆ

PARS PRIMA

De Principiis cognitionis humanæ.

I.
*Veritatem inquirenti,
semel in vitâ de
omnibus, quantum
fieri potest, esse
dubitandum.*

Quoniam infantes nati sumus, & varia de rebus sensibilibus iudicia prius tulimus, quàm integrum nostræ rationis usum haberemus, multis præjudiciis à veri cognitione avertimur; quibus non aliter videmur posse liberari, quàm si semel in vitâ de iis omnibus studeamus dubitare, in quibus vel minimam incertitudinis suspicionem reperiemus.

II.
*Dubia etiam pro falsis
habenda.*

Quin & illa etiam, de quibus dubitabimus, utile erit habere pro falsis, ut tantò clariùs, quidnam certissimum & cognitu facillimum sit, inveniamus.

III.
*Hanc interim dubita-
tionem ad usum
vitæ non esse refe-
rendam.*

Sed hæc interim dubitatio and solam contemplationem veritatis est restringenda. Nam quantum ad usum vitæ, quia persæpe rerum agenda-rum occasio præteriret, antequam nos dubiis nostris exsolvere possemus, non rarò quod tantum est verisimile cogimur amplecti; vel etiam interdum, etsi è duobus unum altero verisimilius non appareat, alterutrum tamen eligere.

PRINCIPY
FILOSOFIE

ČÁST PRVNÍ

O principech lidského poznání

Ježto jsme se narodili jako nemluvňata a o věcech pří-
stupných smyslům jsme vynesli soudy dříve, než jsme
dosáhli uceleného užívání našeho rozumu, jsme od po-
znání pravdy odvraceni mnohými předsudky.¹ Od nich se,
jak se zdá, nemůžeme osvobodit jinak, než že se jednou
v životě vynasnažíme pochybovat o všem, v čem nalez-
me třeba jen nejmenší podezření nejistoty.

Ba dokonce bude užitečné mít to, o čem budeme po-
chybovat, za nepravdivé, abychom tím jasněji nalezli, co
je zcela jisté a nejsnáze poznatelné.

Ale tuto zatímní pochybnost je třeba omezit pouze na
nazírání pravdy. Pokud totiž jde o praktický život, přsleži-
tost k jednání pomine často dříve, než se můžeme zbavit
svých pochybností. A proto jsme nezdědka nuceni přiklo-
nit se k tomu, co je pouze pravděpodobné, nebo dokonce
někdy, i když se jedno nezdá pravděpodobnější než dru-
hé,² přece jedno z obou zvolit.

I.
*Ten, kdo hledá pravdu,
by měl jednou
v životě o všem,
nakolik je to možné,
pochybovat.*

II.
*I pochybné bude vhodné
mít za nepravdivé.*

III.
*Tato zatímní pochyb-
nost se nemá týkat
praktického života.*

¹ Ve fr. verzi věta začíná: „Ježto jsme byli dětmi dříve než lidmi...“, AT IX-2, s. 25. Srv. též *Discours de la Méthode*, AT VI, s. 13 (s. 14 čes. překladu) a *Meditationes de prima philosophia*, AT VII, s. 445.

² Ve fr. verzi věta končí: „...rozum chce, abychom si jedno z nich zvolili, a poté, co jsme si zvolili, se toho pevně drželi, stejně jako kdybychom to bývali měli za zcela jisté.“ AT IX-2, s. 26.

IV.
*Cur possimus dubitare
de rebus sensibilibus.*

Nunc itaque, cum tantum veritati quærendæ incumbamus, dubitabimus inprimis, an ullæ res sensibiles | aut imaginabiles existant: primò, quia deprehendimus interdum sensus errare, ac prudentiæ est, nunquam nimis fidere iis, qui nos vel semel deceperunt; deinde, quia quotidie in somnis innumera videmur sentire aut imaginari, quæ nusquam sunt; nullaque sic dubitanti signa apparent, quibus somnum à vigiliâ certò dignoscat.

V.
Cur etiam de Mathematicis demonstrationibus.

Dubitabimus etiam de reliquis, quæ antea pro maximè certis habuimus; etiam de Mathematicis demonstrationibus, etiam de iis principiis, quæ hactenus putavimus esse per se nota: tum quia vidimus aliquando nonnullos erasse in talibus, & quædam pro certissimis ac per se notis admisisse, quæ nobis falsa videbantur; tum maximè, quia audivimus esse Deum, qui potest omnia, & à quo sumus creati. Ignoramus enim, an fortè nos tales creare voluerit, ut semper fallamur, etiam in iis quæ nobis quàm notissima apparent; quia non minùs hoc videtur fieri potuisse, quàm ut interdum fallamur, quod contingere antè advertimus. Atque si non à Deo potentissimo, sed vel à nobis ipsis, vel à quovis alio, nos esse fingamus: quò minùs potentem originis nostræ authorem assignabimus, tantò magis erit credibile, nos tam imperfectos esse, ut semper fallamur.

VI.
*Nos habere liberum
arbitrium, ad cohibendum assensum
in dubiis, sicque ad errorem vitandum.*

Sed interim, à quocunque tandem simus, & quantumvis ille sit potens, quantumvis fallax, hanc nihilominus in nobis libertatem esse experimur, ut semper ab iis credendis, quæ non planè certa sunt & explorata, possimus abstinere; atque ita cavere, ne unquam erremus.

IV.
*Proč můžeme pochybovat o věcech
přístupných smyslům.*

Nyní tedy, když se věnujeme výlučně hledání pravdy, budeme nejprve pochybovat, zda věci přístupné smyslům nebo představivosti vůbec existují. Zaprvé, protože jsme si povšimli, že se smysly občas mýlí, a je rozvážné nikdy příliš nevěřit těm, kdo nás byt jednou oklamali; dále, protože denně ve snech zdánlivě smysly vnímáme nebo si představujeme nesčetné věci, které nikde nejsou. A tak pochybujičímu nejsou zjevné žádné znaky, kterými by s jistotou rozeznal sen od bdění.¹

V.
Proč (můžeme pochybovat) také o matematických důkazech.

Budeme také pochybovat o ostatních (věcech), které jsme dříve měli za zcela jisté; také o matematických důkazech a o těch principech, které jsme dosud měli za samy o sobě známé. Jednak, poněvadž jsme viděli, že v nich někteří občas chybují a považují za zcela jisté a za samo o sobě známé to, co nám se zdálo nepravdivé. A především pak, protože jsme slychávali o Bohu, který může vše a který nás stvořil. Nevíme totiž, zda nás snad nechtěl a stvořit takové, abychom se vždy mýlili, a to i v tom, co se nám jeví jako zcela známé. To se nezdá být méně možné než to, že se mýlíme jen občas, což se, jak jsme upozorovali dříve, stává. A také, jestliže si namluvíme, že nepocházíme od nesmírně mocného Boha, ale buď od nás samých, nebo od někoho jiného, bude možno uvěřit tomu, že jsme tak nedokonalí, že se vždy mýlíme, tím snáze, čím menší moc budeme přičítat původci našeho počátku.

VI.
Můžeme se svobodně rozhodnout vyvarovat se omylů tím, že se zdržíme souhlasu v pochybných případech.

Ale prozatím, ať již pocházíme od kohokoli a ať je jakkoli mocný, jakkoli klamající, zakoušíme nicméně, že se můžeme svobodně zdržet toho, abychom věřili něčemu ne zcela jistému a prozkoumanému, a vystříhat se tak omylů.

¹ Ve fr. verzi věta končí: „...nezbývá žádný znak, díky němuž by bylo možno poznat, zda jsou myšlenky, jež přicházejí ve snu, méně pravdivé než ostatní.“ AT IX-2, s. 26.

VII.

*Non posse à nobis
dubitari, quin
existamus dum
dubitamus; atque
hoc esse primum,
quod ordine philo-
sophando
cognoscimus.*

Sic autem rejicientes illa omnia, de quibus aliquo | modo possumus dubitare, ac etiam falsa esse fingentes, facilè quidem supponimus nullum esse Deum, nullum cœlum, nulla corpora; nosque etiam ipsos non habere manus, nec pedes, nec denique ullum corpus; non autem ideò nos, qui talia cogitamus, nihil esse: repugnat enim, ut putemus id quod cogitat, eo ipso tempore quo cogitat, non existere. Ac proinde hæc cognitio, *ego cogito, ergo sum*, est omnium prima & certissima, quæ cuilibet ordine philosophanti occurrat.

Tak, odvrhující vše to, o čem můžeme nějak pochybovat, ba považující to za nepravdivé, snadno předpokládáme, že není žádný Bůh, žádné nebe, žádná tělesa a že my sami nemáme ruce ani nohy, ba dokonce ani žádné tělo; ne však, že my, kteří si to myslíme, vůbec nejsme. Odpovídá si totiž, abychom pokládali to, co myslí, ve chvíli, kdy myslí, za neexistující. Tedy⁴ onen poznatek: *já myslím, tedy jsem*, je první a nejjistější ze všeho, co se komukoli naskýtá při správném filosofickém postupu.⁵

VII.

*Nemůžeme pochybovat,
že existujeme, pokud
pochybujeme. A to
je první, co pozná-
váme při správném
filosofickém postupu.*